

Eine römische Hochzeit



Iam diu Drusilla Spurio, filio Titi Cornelii Asinae senatoris, valde placet. Et Spurius se Drusillae placere scit. Itaque virginem in matrimonium ducere cupit.

Et parentes Spurii et parentes Drusillae matrimonio assentiuntur.



Die nuptiarum domus coronis pulchris ornata est. Iam mane multi cognati et amici adsunt et magno cum gaudio inter se salutant.





Nunc Drusilla, uxor futura, apparet. Pridie togam praetextam Laribus Vestaeque deae dono dedit, hodie tunica et palla galbeata vestita est. Caput flammeo velatum est.

Inter amicos etiam familia Auli est. Lucilia se nuptiis interesse valde gaudet, nam nuptiis numquam interfuit.




Primo pontifex Iunoni deae agnellam sacrificat.



Cur pontifex agnellam sacrificat?

Extā inspiciat voluntatemque deae explorat."



Paulo post pontifex deis gratias agit: Dei se matrimonio Spurii cum Drusilla favere ostenderunt.



Tabulis nuptialibus factis ...



Ubi tu Gaia,
ego Gaius !

Ubi tu Gaie,
ego Gaia



Spurius et Drusilla dextras sibi
porrigunt. Se nunc maritum et
uxorem esse gaudent.

